

## **Antiqvae Lectionis Tomus ...**

In Qvo XVI. Antiqua Monvmenta Ad Historiam Mediae Aetatis Illvstrandam,  
Nvnqvam Edita

**Canisius, Heinrich**

**Ingolstadii, 1601**

Concilia Provincialia, Salisbvrgensia Tria Et Vnvm Viennense; Nvnc Primvm  
Ex Manvscripto Codice Bibliothecæ Serenissimi Principis Bauariæ edita.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64144](#)

*CONCILIA PRO-  
VINCIALIA,*

**SALISBURGEN-  
SIA TRIA ET VNVM  
VIENNENSE;**

*NUNC PRIMVM EX MANVSRIPTO CO-  
DICE BIBLIOTHECÆ SERENISSIMI PRIN-  
cipis Bauariae edita.*



Gggg AD

## AD LECTOREM.

**A**DMODVM Reuerendus & clariſſimus Dominus D. Georgius Lauterius ad Virginis Monachij Præpositus, &c. pro ea quaprodi-  
 tuis eſc recondita eruditione, omnisq; antiquitatu-  
 scientia, eruit e tenebris manuscripti codicis  
 Concilia, digna luce. Illi ergo, amice Lector, tu pariter meum  
 acceperum refer, & gratias habe, quod habes hæc; queſcio, venerabi-  
 lis, videbisq; quasi præſens, faciem aliquam Germanica Ecclesiastico-  
 rum temporum. Nomen Archiepiscopi Saltzburg. non exprimitur  
 in primo Concilio, sed litera F. innuitur: Ego audacter Fridericū  
 interpretor; qui, teste Eberhardo Altabensi, obiit anno 1284. De  
 tempore Concilij Saltzburgensis, quod apographum nostrum refert  
 ad annum 1274. non contemnenda difficultas oboritur. Nam tif-  
 bus Eberhardo Altabensi & Sterone, celebratum eſc generale Con-  
 cilium eodem anno 1274, apud Lugdunum; cuius statuta ut seruante,  
 præcipit hoc nostrum Saltzburgense Concilium in initio. Necce-  
 go eſc vel\* eodem anno Lugdunēſe & Saltzburgense Conciliacdra-  
 ta, vel in numero mendam eſe. Accedit quod Heinricus Siero dñe  
 Fr. hæc habeat: Anno 1281, à Friderico Saltburgensi Ar-  
 chiepiscopo apud Saltzburgam Concilium celebratur. Qua  
 verba numerata omnia dat etiam noster Eberhardus Altabensis;  
 cuius editione retinuimus, propter sequentia & antecedentia, num-  
 rum anni 1281. licet manuſcriptus Codex Eberhardi habuerit (ut na-  
 tuimus ibi in margine) annum 1186. fine dubio vitoſe: cum Fridi-  
 ricus Saltzburg, Archiepiscopus obierit ann. 1284. An vero idem  
 nostrum sit Concilium Saltzburgense, cui adscriptus 1274 annus, emi-  
 no diserte; Nescio: sed non puto. Bonum vero factum censui, Lector

QA

2220

admoneri. Quare autem potius duo diuersa hæc prouincialia Concilia  
fuisse putem, vnum anno 1274. alterum 1281. celebratum, mouent  
me verba huis nostri Concilij hæc: Alioquin nos in proximo pro-  
vinciali Concilio ad reformationē prædicti Ordinis, quan-  
tom de iure possumus, procedemus. Vbi videtis in hoc Concilio  
primiti quasi proximum aliud. Et paulo post ibidem: In proximo  
prouinciali Concilio fidem nobis faciant priuilegio-  
rum. Et iterum: In ipso proximo prouinciali Concilio, seu  
Episcopali Synodo, quem terminum ipsis peremptorium  
assignamus, legitimis documētis edoceant. Imo singulis annis  
cum Syodus Provincialis cogebatur: quod colligo ex Viennensis  
Concilij his verbis: Singulis annis in Synodo illi, qui Clericos  
capiunt, &c. excommunicati denuncientur. Imo anno IV.  
Pipini Regis in Concilio apud Palatium Vernis Statutum Can. 4. ve-  
ritate anno Synodus celebraretur.

De Concilio Viennensi in Annalibus nostri Henr. Sceronis supra  
fol. 299. anno 1267, luculentum testimonium inuenies: quod ubi per-  
legeris, gratulaberis, scio, te integrum possidere, quod

Scero tam honorifice citat.



Gggg 2 CON-

# CONSTITVTIONES SALISBURGENSIS CONCILII, HABITI ANNO

1274.



\* Fridericu.  
\* Apostolice  
Sedis Legatus.

D honorem & gloriam sponsæ Christi, & fidelis Christianæ. Nos Dei Gratia \* F. sancte Salisburgensis Ecclesiæ Archiepiscopus \* A. S. L. Leo Petrus, Bruno, VVernhardus, & Ioannes Ramponensis, Patauiensis, Brixinensis, Secouensis, & Chimenti Ecclesiarum Episcopi, in prouinciali hoc sancto Concilio congregati, de consilio Ven. Prælatorum Saltzburghen prouinciæ, qui præsenti intersunt Concilio; absentium etiam fratrum, tam Episcoporum, quam aliorum Prælatorum accidente consensu, diffiniendo præcipimus, vt Episcopi, Abbates, Archidiaconi, & alij Ecclesiarum Prælati, statuta sacræ generalis Concilij celebrati, pximè in Lugduno, in Ecclesijs & subditis suis clericis & laicis, secundū quod eadem statuta istis & illis conueniunt & quantum eos tangunt, sic sollicitè & frequenter studeant publicare, vt ipsorum pronunciantium, & subditorum memoriaræ & obseruantie imprimatur. Sed & Constitutiones veneradę memorię quondam domini Guilonis tituli S. Laurentij in Lucina presbyteri Cardinalis in prouincia Salisburg. Apostolicae Sedis legati, que licet Ecclesiarum utilitatem contineant, & salutem suadeant animarum, in dissuetudinem transferunt, cum predictæ generalis Concilij ordinationibus & statutis, nec non & his, quæ pro utilitate locorum & temporum in hoc prouinciali

Quæ erant ad  
oram apogra-  
phi apponor.  
Statuta sacri  
Concilii Lug-  
dun. publicen-  
sur.  
\* fort. prouin-  
cialium.

Item consti-  
tutiones Domini  
Guidoni Car-  
inalis S. Lau-  
rentii in Luci-  
na.

uincialis Concilio apponentur à nobis ad notitiam subditorum taliter deducantur, ne quenquam totius prouincie probabilis error ac ignorantia valeat excusare.

Cum Abbates Ordinis S. Benedicti Salisburgensis prouinciae capitula sua prouincialia, longis retro temporibus non curauerint celebrare, propter q̄ circa regulares obseruantias idem Ordo non mediocriter est collapsus, nos eisdem Abbatibus nostræ prouinciae firmiter & districte praetipiendo mandamus, ut prouinciale Capitulum suum infra festum Resurrectionis venturum proximo celebrent, iuxta formam à sacris Canonibus eis datam. In quo de moribus corrugendis, tām in seipsis, quām in suis subditis tractent & ordinem diligenter. Alioquin nos in proximo prouinciali Concilio ad reformationem prædicti Ordinis, quantum defere possumus, procedemus.

Exnunc tamē eisdem Abbatibus præcipimus & mandamus, ut monachos fugitiuos in seculo diuagantes reuocari procurent. Et quod in singulis monasterijs carcer fiat, in quo incorrigibiles seu aliás delinquentes enormiter monachi, prout culpæ qualitas exigit, recludantur.

Sed nec licitum sit Abbatibus, cum nec vñquam licet, monachos ad ordinem strictiorem transeuntes minimè absoluere ab obedientia, quæ monachorum ossibus inseparabiliter est affixa.

Illam & prauam Abbatum consuetudinem reprobamus, qua Abbates pro excessibus leuibus, & nonnunquam finalatis offensis passim & indifferenter de Monasterijs ad Monasteria monachos suos mittunt, cum delictum potius illic puniri & mori debeat, ubi committitur & patratur, cūm nec tales missi ad alia monasteria peccata sua lugeant, sed vagentur potius dissolutè. Quod si necessitas exigit, ut monachus ad monasterium aliud transmittatur, hoc Abbatii

Ggg 3 non

*Item prouincialis huic Concilij.*

*Abbates S. Benedictice lebrent Capitula prouincia lia.*

*Monachos fugitiuos reuocent.*  
*Carceres construant.*

*Monachos ad strictiorem Ordinem transeuntes ab obedientia non absoluant.*

*Pro excessibus offendisis ad alia monasteria non mittant.*

*Sine necessitate transmissione exigat, causa eiusdem & tempus redditus ab Episcopum ordinetur.*

Sunt insuper quidam Abbates, qui indulgentijs & remissionib⁹ faciendis in mitris, annulis, sedibus deferendis nec non in benedictione sacrarum vestium, & Ecclesiasticorum vasorum, & cæteris, quæ ordinem & officium Ecclesiæ requirunt, sibi Pontificum potestates usurpatæ, his districte præcipiendo mandamus, ut de cætero talia non attentent, aut in proximo prouinciali Concilio fidem nobis faciant priuilegiorum, quibus sibi talem vendicant potestatem.

*Hæc eadem in Canonicis regularibus, quantum diuersitas religionum sustinet, volumus obseruari; salua dignitate & priuilegio Saltzburgenſis Capituli, cuius ordinationem nos Archiepiscopus nobis specialiter reseruamus. Ceterum in alijs, quæ ad morum correctionem & obseruantia pertinent, regulares sibi in prouinciali Capitulo sic prouideant, ne nos ipsis in hoc deficientibus prouidere cogamus; maximè in moderandis eorum euunctionibus & quibuldam vanitatibus, quæ ad pompam labentis seculi pertinent, frenandis in ipsis.*

Ad hæc, cum prædecessores nostri bona memoriae Pontifices diuersarum religionum fratribus, in confessionibus audiendis, remissionibus & indulgentijs largiendis, & alijs pluribus faciendis, quæ ad Sacerdotale & Pontificale ministerium pertinent, potestatem suam duxerint committendam, quarum Religionum nonnullæ in proximo generali Concilio sint sublatæ, quorum & fratrum aliqui potestatæ sibi tradita sunt abusi, nos auctoritate præsentis Concilij, omnium auctoritatem, potestatem, siue licentiā à nobis vel à nostris prædecessoribus cuicunq; Religioni vel Ordinaturi,

*Reuocantur  
concessiones  
date religiosis,  
de audiendis  
confessionibus  
& largiendis  
indulgenciis.*

fratribus ordinum quorumcunq; traditam, in præmissis, aut aliquo præmissorum, reuocamus in totum.

Si quis autem ex vobis nouam super his commissionem decrevit facere, in hoc, illud quod saluti animarum expedit, & alieno iurinon detrahatur, arbitretur.

Præterea cùm prædicti nostri antedecessores Clericorū Episcoporum remissiones & indulgentias in Diœcesibus suis datas diuersis locis ordinibus & personis ratas habere cōsueuerint indistinctè, ac per hoc formam modosq; correctionis debitæ, sicut experimento didicimus, in locis pluribus\* enumerauerint, præsentis \*Synodi omnes & singulas ratihabitiones, tam nostras, quam prædecessorum nostrorum in huiusmodi indulgentijs manere volumus in suspenso, & ne quis eis vtatur, sub anathemate prohibemus, donec Episcopus loci ordinarius plenè discutiat, quas in quibus locis ratas habere conueniat, aut quas magis expeditat revocari; & hoc maximè in personis quæstuariorum volumus obseruari, qui per huiusmodi indulgentias indiscretas ad contemptum clauium & errorem longè plures præcipitant, quam erigant ad salutem. Hos & nullo modo recipi volumus, vel admitti, nisi cum diœcese, Episcopi nuncio litteratio destinato.

Cum in prouincia Saltzb. diuersi Clerici sacerdtales non ponentes terminum avaritiæ, nec salutem propriam prætendentes, onerare se pluribus beneficijs Ecclesiasticis non formident; Nos, qui aliorū indigentij & saluti occurrere cupimus, & Ecclesiarum necessitatibus prouidere, auctoritate præsentis Concilij firmiter & distictè præcipimus, ut singuli plura beneficia possidentes, aut recepto ultimo sint cōtentii, aut in ipso proximo p[ro]vinciali Concilio, seu Epali Synodo, quæ terminū ipsius peremptorium assignamus, legitimis documentis edoceant, secū esse p[ro] eum, qui de iure

hoc

<sup>\* fort. encr.</sup>  
<sup>uent.</sup>  
<sup>\* fort. Synodi</sup>  
<sup>auuthoritate.</sup>

<sup>Quæstuarii</sup>  
<sup>nullo modo re-</sup>  
<sup>cipientur.</sup>

<sup>Pluralitas be-</sup>  
<sup>neficiorum in-</sup>  
<sup>bibetur,</sup>

Nisi adhuc dis hoc facere potuerit, dispensatum, alioquin nos tam formam  
penitentes eo Canonum, circa hoc traditam, quam Statutum bona me-  
sum qui de iure dispensare mortae Domini Gvidonis Card. quondam in prouincia no-  
stra A.S. L. prouidere curabimus beneficijs & personis.

Cæterum cum per mercenarios temporales, quos Ec-  
clesiarum rectores & plebani in Ecclesijs parochialibus in-  
stituunt & destituunt nonnunquam interposito turpi pacto,  
animatorum salus & Ecclesiatarum utilitas damnabiliter negli-  
gantur. Nos omnes & singulos clericos in Saltzb. Prouincia  
curam animatorum habentes huius auctoritate Concilij ad  
personalem in beneficijs residentia reuocamus, terminum  
eis peremptoriū festum Purificat. Beatæ Mariæ Virginis ven-  
tum proximo assignantes, omnibus & singulis licentias  
pro dissimulanda eorum absentia ipsis datis penitus reuoca-  
tis; salua nobis auctoritate dandi licentiam ijs, quibus vi-  
sum fuerit expedire. Quod si præmissa contemplerint au-  
neglexerint adimplere, & tunc ipsos à perceptione fructu-  
um & administratione temporalium suspendimus, & volu-  
mus remanere suspensos; quod si temere se in geserint, pri-  
uati sint beneficijs ipso iure. Fructus autem per locorum Ar-  
chidiaconos in utilitatē illius Ecclesiæ conuertantur; salua  
Vicarij sufficienti & debita portione. Eisdem insuper Eccle-  
siarum Rectoribus præcipimus, vt ad ordinem, quem bene-  
ficij sui cura requirit, se faciant ordinari infra tempus à Ca-  
none institutum; alioquin quod de non residentibus est pre-  
dictum, circa fructus non percipiendos & priuationem be-  
neficij intelligi volumus in eisdem. In beneficijs vero, qui  
bus licet per vicarios deseruire, volumus sic seruari, viri i-  
donei, loci Episcopo præsententur, qui per se vel per alios  
ipsos in huiusmodi Vicarijs perpetuet, & sufficiente suis ne-  
cessitatibus de Ecclesiatarum redditibus eis constituat portio-  
nem: alioquin singuli Episcopi per suas diœceses elapso tri-  
mestri tempore prouidere curabunt.

*Clerici anima-  
rum curam ha-  
bentes in paro-  
chus resideat*

*Rectores Ecclæ-  
siarum Ordin-  
es requisitos  
recipiant.*

Edicto perpetuo prohibemus, ne Clerici comam nutriant, maximè Sacerdotes, qui taliter tondeantur, vt pateant eis aures. Cæteri inferioris ordinis Clerici in tonsura non multum discrepent ab eisdem, coronam & desuper congruentem habeant.

Vestes nō deferāt nisi clausas, quas omnimodo prohibemus à latere aperiri. Argentatis aut quocunq; metallo ordinatis cingulis, fibulis, nodulis, in manicis & capitijs non videntur, sed nec procedant in publicum\* circumcincti vestes suprema. In pileis siffurratura s non habeant, nisi forte de nigro cenlato, vel panno, aut nigra pelle\* aguna. Caudapilosa distictissimè prohibemus.

Clericus nō viator, in sacris ordinib<sup>o</sup> constitutus, aut Monachus, vel Canonicus regularis, si tabernam intrauerit sine causa evidenti, rationabili & honestaib<sup>o</sup> bibens aut comedens, aut in vicino loco seruienti tabernæ, vel aliâs publico aliquantulum moram traxerit, ab officio sit suspensus, donec vnum diem in pane & aqua ieunet. si ibidem lūserit ad aleas vel taxillos, ab officio sit suspensus, donec duos dies in pane & aqua ieunet. Sed in his tertio deprehensus consuetudinem non amittat, aut si suspensus ingesserit se diuinis, per sententiam Episcopi priuetur beneficio, si quod habet, si non habet, pro Episcopi arbitrio puniatur.

Sacerdos, qui excommunicatione aut officij suspensiōne ligatus animo indurato præsumperit profanare diuina, Episcopali carceri mancipetur, vñq; ad expiationem tanti criminis puniendus; & hoc idem in Clerico, seu Religioso, in furto vel alias in enormi crimine deprehenso, volumus obseruari.

Qui Clericum vel Monachum pro excessibus suis à Prelatoru<sup>m</sup> suo rationabiliter captiuatum præsumperit fractocarcere liberare, ipso facta sententia excommunicationis, quam

*Clerici comam  
non nutriant.*

*Vestes clausas  
deferant.  
Quales ea esse  
debeant.*

*\* Forū: nisi cir-  
cumcincti.*

*\* Fort. agnina.*

*Clerici nō via-  
tores tabernas  
ne ingredian-  
tur.*

*Clericus exco-  
municatus sa-  
cra profanans  
carceri manci-  
petur.*

*Clericū ratio-  
nabiliter cap-  
tum fracto car-  
cere liberans*

H h h h

ex

Edi-

ex nunc in ipsum proferimus, sit ligatus: & si possibile fuerit, qui non liberandum liberat, peccatum patiatur, & carcerem, & in locum subeat iniuste liberati.

*Prelati nemini  
nem tondeant  
aut benedicant  
nisi approba-  
tam profitea-  
tur regulam.*

Nullus deinceps prælatus, nullus plebanus, nullus lius, cuiuscunque ordinis vel religionis existat, masculum aut fæminam tonsurare aut benedicere sibi vestes præmat, nisi certam de approbatis profiteatur regulam, & se destinet certo loco: Eos vero vel eas, qui vel quæ contrarium fecerint, à locorum rectoribus vel plebanis per censuram Ecclesiasticam, monitione præmissa, compelli præcipimus; aut certæ Religioni se conferant, ac religionis vestem, quæ vagandi eis præstet materiam & opportunitatem accommodat delinquendi, abijcant ne irregularē vitam religiosa vestis obumbret. Hoc statutum tantum extendi volumus in futurum.

*Contra vagos  
scholares,  
Fahrende  
Schuler.*

Sub vagorum scholarium nomine quidam per Salzb. prouinciam discurrentes Monasterijs & Ecclesijs se exhibent adeò onerosos, quod per eorum importunitatis audaciam, nonnunquam Clerici illud eis erogare coguntur, de quo fuit necessitatibus pauperum prouidendum: dengantibus sibi suffragia (per quæ occasionem nutriunt malevitæ) calumnias inferunt; conferentibus sibi quod postulant, vituperium existunt: reuerentiae Clericali viue multum detrahitur, dum blasphemia huiusmodi perfonas Ecclesiasticas profitetur. Ut autē viri huiusmodi per subtraktionem nostri & nobis subditorum suffragij resipiscere compellātur, auctoritate sacri Concilij prohibemus, ne quis Prælatorum, Plebanorum, aut Vicariorum, seu quæcunque persona Ecclesiastica post spacium duorum mensium, infra quem terminum de ordinata sibi vita prouideant, ipsis aliquid beneficij, vel iuuaminis erogare præsumat. Qui contrarium fecerit, tamdiu ab ingressu Ecclesiaz sit suspensus.

donec

donec in subsidium terræ sanctæ visualis monetæ conferat  
vnam libram. Hanc tamen constitutionem extendi volu-  
mus ad pauperes aduenas, & pro necessitatibus suis publicè  
mendicantes.

Ad hec quidam ludi noxij, quos vulgaris elocutio  
Eptus puor. appellat, in quibusdam Ecclesijs exercentes a-  
deo insolenter, quod nonnunquam enormes culpe & dam-  
nagrauia subsequuntur. Ex ipsis hos ludos in Ecclesijs, & à  
personis Ecclesiasticis de cætero fieri prohibemus; nisi for-  
te parui XVI. annorum & infra fuerint, qui huiusmodi ludos  
exercent; quibus alii seniores ipsis nullatenus se misceant,  
aut inter sint.

Sententias excommunicationis, suspensionis, aut inter-  
dicti, quas unus ex nobis iuste protulerit, cæteri per ciuita-  
tes suas publicabunt, & à suis faciant subditis usque ad satis-  
factionem condignam inuolabiliter obseruari: sic ut ad  
puniendum scelera peruersorum celeritate communi no-  
bis inuicem succurramus.

Patres nostros venerabiles & patronos venerabiliter  
honorandos B. S. Rupertum, Virgilium, & Augustinum,  
honoribus debitissimis, nostræ humilitatis obsequijs venerantes,  
dies festorum suorum celebres esse volumus; & sub pena  
excommunicationis præcipimus in eisdem diebus ab o-  
mnibus seruili opere abstineri.

Nulli Religioso licet extra suam Professionem vel  
Ordinem sibi eligere confessorem, nisi de Prælati sui licen-  
tia speciali.

Si aduersus correctionem Superioris sui monachus aut  
Religiosus quicunque secularis personæ adiutorum aut  
potentiam duxerit inuocandam, si huiusmodi inuocatio-  
ne usus fuerit, carcerali custodiat tanto tempore cōcludatur,  
donec prælumptionem huiusmodi pro Superioris arbitrio

Hhhh 2

pœna

*Ludi quidam  
in Ecclesia pro-  
hibentur.*

*\*Lego: Episco-  
patus puerorū,*

*Sententias ce-  
furarum, quas  
unus iuste pro-  
tulerit, cæteri  
quoq; publicet.*

*Festa S. Ru-  
pertii, Virgili  
& Augustini  
celebrentur.*

*Religiosus ex-  
tra professione  
suam Confesse-  
rem nō eligat.*

*Pœna Religio-  
sorum qui legi  
time correcti  
invocant bra-  
chiū secularis.*

pœna sufficiens recompenset. Et vt alij talia præsumendi pœnæ duriæ sit terrori, præsumptionem huiusmodi nullo vñquam tempore in eadem Ecclesia seu Monasterio cuiusquam dignitatis vel administrationis officium consequatur alijs etiam pro superioris arbitrio legitime puniendus.

*Guidonis Car-*  
*inalis statu-*  
*sæ obserueretur.*

Statutum veneradæ memoriæ Domini Gvvidonis quodam tituli S. Laurentij in Luscina presbyteri Card. quodam in nostra prouincia A.S. Leg. quo salubriter est prouisum, vt in diœcesi, in qua contingit Prælatum aliquem aut Canonicum cathedralis Ecclesiæ captiuari, cœlesti generaliter à Diuinis, pro necessitate\* corporis, ad nos Archiepiscopum & Episcopos extendentes, præsenti cōstitutum edicto, vt si (quod absit) Archiepiscopum vel Episcopum ex nobis captiuari contingat, aut Ecclesiæ nostras vel alterius nostrum sic hostiliter & iniuriosè inuadi, vt de subuersione status ipsius probabiliter timeatur, ex tunc, per totam prouinciam Saltzb. cœssetur generaliter à Diuinis; postquam de captiuitate aut persecutione huiusmodi per prouinciam innotuerit manifestè. Personis tamen illustribus decoratis Principum dignitate, pro ipsorum reuerentia deferentes, præsens editum ad eos & terras eorum extendi volumus, nisi prius admoniti cessare contempserint ab offensis huiusmodi, nec emendare voluerint infra vnius mensis spaciū, quod fecerunt.

*Contrarecipi-*  
*entes Prælatu-*  
*ram aut Ecclesie-*  
*sæ de manu*

Aduersus præsumptionem damnabilem Clericorum, Prælaturas aut Parochiales Ecclesiæ temeritate propriæ occupantium, aut recipientium de manibus laicorum, antequam per diœcesanum loci, vel superiorem eius, si ipse cere quod tenetur neglexerit, fuerit inuestitus; auctoritas

\* *Antonius*  
*Vellerus, fra-*  
*ter Marci, vir*  
*undequadriga in*

\* P.O.C. iure, si quod habet in beneficio eodem, sit ipso re priuatus; & nihilominus ipso facto sententiam excommunicationis incurrat: in qua si per annum pestiterit com-

maciter animo indurato, ab omni Ecclesiastico beneficio remouetur, tanquam inhabilis & indignus nunquam de cæ-  
tero ad aliquod aliud beneficium admittendus. Hanc &  
constitutionem incidere voluimus, qui iam in præmissis de-  
linquere præsumserunt.

Præsentis auctoritate Concilij Ecclesiarum Aduocatos,  
qui Ecclesias onerant, vltra consuetam & debitam seruitu-  
rem, ac per hoc Ecclesiarum libertates violant & infrin-  
gunt, publicè commonemus, ut ab indebitis vexationibus  
Ecclesiarum & bonis ipsarum abstineant, & iuris debitum sint  
contenti; alioquin aduersus eorum iniuriam me-

diante iustitia refrenandum, ad con-  
cessa nobis iuris benefi-  
cia recurremus.

*omni antiqui-  
tate & recon-  
dita eruditio-  
ne doctissimus,  
monuit hu no-  
tu hanc lectio-  
nem subesse:  
præsentis Con-  
cilij. Nihil op-  
nor certius.*



Hhhh ; CON.

# CONSTITVTO NES CONCILII VIENNEN- SIS, ANNO 1267.

Vide Henricū  
Steronem / u-  
pra fol. 299.



Rater Gvvido tituli sancti Laurentij in Lucina  
Presbyter Card. A. S. Legatus Concilium cele-  
brauit in Vienna 6. Idus Maij. Cui interfuerunt  
Ioannes Pragensis, Petrus Patauiensis, Conradus  
Frisingensis, Leo Ratisponensis, Bruno Brixinensis, Amal-  
ricus Lauendinus, Episcopi; & quamplures Abbates, Pra-  
positi, Archidiaconi, & Decani, vbi subscriptæ Constitu-  
tiones sunt editæ, & ab eodem Concilio approbatæ.

Fr. Gvvido miseratione diuina, tituli sancti Laurentij  
in Lucina presbyter Card. A. S. Legatus ad perpetuam rei  
memoriam. Postquam Deus formauit hominem ad ima-  
ginem & similitudinem suam, & in ætate virili cum ipso et  
iam ius naturale produxit, iuris enim naturalis origo &  
creaturæ rationalis cœpit exordia, quod quidem ad dispen-  
sarium omne mundi nascentis & temporis motum sufficeret,  
si non sibi mortem, quam Deus non fecit, rationalis crea-  
tura proprijs manibus & pedibus quæsiuisset. Hæciuris in-  
stituta primæi protinus iustitia positiva subsequenter ab  
codem regulariter auctore procedens, sub mortis intermit-  
tione morsum \* primi noxialis prohibuit, cōtra prohibi-  
tionem concepta circa maledictionis sententiam prodigab-  
auctore, vt non tantum vltio ferretur in auctores scelerum,  
verum etiam in progeniem damnatorum. Ex hinc visu ho-  
minum exigente, & dno \* rerum introducto, quod prima-

\* leg. poma.

\* fort. domi-  
nici.

uiregula nesciebat, ex humanis necessitatibus quædam sibi homines iura condiderunt. Traditæ sunt à Domino per Moysen iustitiae Leges, cuius singulis pænè syllabis Christus includitur. Deinde Prophetæ subsequuntur, & Reges, qui Christi præconia euidentiori sermone describunt. Donec temporis plenitudine veniente, impleta veritate figurisque cessantibus, Rex noster in æternum iura mansura disposuit. Datæ sunt enim claves perpetuæ Petro, à quo totius iuris Ecclesiastici pulchritudo manauit, quæ ad singulas prouincias ob vindictam in nationibus, & interpretationes in populis faciendas, nunc per Summorum Pontificum, nunc per Sedis Apostolicæ Legatos Statuta, tanquam per quosdam riuulos deriuantur, ut hominum quotidie crescente malitia, & effrænata cupiditate, quæ noualititia generare non cessant, sub distinctione virium coarctatis, discant honestè viuere, Altissimū non lædere, ius stū vnicuiq' tribuere. Hinc est, quod cum sanctissimus Pater noster Clemens Papa IV. ad Saltzb. prouinciam & ciuitatem & diocesim Pragensem cum plenæ legationis officio nos duxerit transmittendos, officij nostri debitum libenter execemur, euellendo, si quæ euellenda, plantando plantanda, testa gerendo & dirigendo salubriter indirecta. Verum quantum expedit ad profectum & robur fidei Christianæ, vt Sacraenta Ecclesiæ, in quibus tanquam in vasis medicinalibus populus deuotus & humiliis antidotum gratiæ recipere contueuit, in honore & reuerentia, ab omnibus habentur, cùm ea plerunq' contingat effici vilia propter vilem & abominabilem ministrorum Ecclesiæ conuersatio- nē, inuersis Ecclesiasticis personis prouinciæ Salisburg. & ciuitati, & diocesi Pragæ, præcipim⁹, vt in viatu, gestu & alijs operib⁹ ac circumstantijs Status sui, sic honestè se habeat, & decenter, ne propter ipsos nomen Ecclesiasticum inter laicos blasphemetur: eisdē distictius inhibētes, ne de patrimonio

Cruci-

*Clerus in vi-  
tu, gestu et a-  
liu se habeat  
decenter.*

Crucifixi inimicos se faciat Crucis Christi, sicut illi, quorum Deus venter est, qui terrena sapiunt non diuina, in coniuuij suis modestiam & mediocritatem obseruent, superfluitatem indebitam resecantes, ebrietatem omnium vitorum somitem & nutricem deudent. Prælati verò à grauaminibus abstineant subditorum, & maximè cùm Ecclesiæ viuant, moderentur expensas; exerceant euectionum num-

*Prælati à grā  
uaminibus ab-  
stineant subdi-  
torum.*

*Clerici conti-  
nenter & ca-  
stè viuant.*

igitur Concilij approbatione præcipimus, vt Clerici continenter & castè viuere studeat, quatenus puro corde & mundo corpore Deo possint in officio Ecclesiastico ministrare. Si qui verò de cetero deprehensi fuerint detinere publice cōcubinas, nisi infra mēsem se ab eis & ab earū cōsortiis parauerint, ita quod domibus ipsorū aut proprijs aut alijs buscunq; non cohabitent, nec ad illas accedant: ex tunc enim beneficio Ecclesiastico sint priuati, vt per eos, ad quos beneficiorum prædictorum spectat collatio, personis idoneis conferantur. Item cùm in plerisq; locis quorundam

*Laici bona Ec-  
clesia occupa-  
ta restituant.*

laicorum iniquitas inualuerit, quod in rebus Ecclesiæ futum reputetur sagacitas, rapina probitas, & violentia fortitudo, Synodali iudicio diffinimus, vt qui bona Ecclesiarum scienter detinent occupata, non infra instans festum B. Jo. Baptistæ eadem restituerint, & de damnis ac iniurijs latifecerint competenter, ex tunc introitum Ecclesiæ fibi nouint interdictum, nec ab Episcopis, aut alijs Ecclesiarū Prelatis ad communionē Dominicī Corporis admittantur. Qui verò obstinata mente, dum vixerint, satisfacere non curau-

*Clericorū ver-  
beratores &  
interfectores  
singulis annis  
in Synodo ex-  
communicen-  
tur.*

tint, nullus Clericus sacerdotalis vel regularis sepultura coram interesse præsumat, adjicientes, vt singulis annis in Synodo illi qui Clericos capiunt, verberant, vel occidunt aut alias in ipso manus injiciunt violentas, excommunicati denuntiatur & nominati de illis, de quib' constituit manifeste. Quicunq; vero

verò personam Ecclesiasticam enormiter violauerit, multa lauerit, vel occiderit aut captiuauerit, non nisi per Sedem Apostolicam absoluatur: & illo facto, si quid tenebat ab Ecclesia illud perdat, & in utilitatem Ecclesiae conuertatur. Adientes quod in illa diœcesi, in qua aliquem Canonum Cathedralis Ecclesiae, vel in dignitate Ecclesiastica constitutum capi contigerit, vel captum detineri, vñq; ad liberationem ipsius & exhibitione debitæ satisfactionis cesseretur generaliter à diuinis, similiter, & in illa parochia, in qua res violentet ablatas capi, vel detineri contigerit, vñq; ad restaurationem congruam à diuinis cesseretur. Itenī cum detentores plurium personatum, seu beneficiorum, cum cura, sine dispensatione, sint sacrorum Canonum transgressores, & fructus talium beneficiorum percipiendos furtum committere dinoscantur, præsenti decreto statuimus, vt omnis qui huiusmodi dignitatum, personatum seu beneficiorum cum cura, pluralitate detinent, illi qui sunt de provincia Saltzb. super hoc secum dispensatum fuisse coram venerabili patre Dei gratia electo Saltzb. infra instans festum B. Io. Baptistar, doceant manifestè. Alioquin ex tunc ultimo beneficio recepto sint contenti, & alia quæ prius haberunt, per illos, ad quos diectorum beneficiorum collatio pertinet, personis idoneis conferantur. Si vero vtrumq; retinere contenderint, nos ipsos & primis & vltimis decreuimus extunc manere priuatos. Item cum Leuitis seu Ecclesiasticis personis iure diuino decimæ debeantur, dolentes refemus, quod quorundam laicorum cupiditas ius huiuscmodi, quod sibi Deus in signum generalis dominij retinuit, nititur abolere, & pro sua voluntate, de his quæ ad ipsos non pertinent, aliter ordinare, imò potius deordinare præsumunt, quasi à se diuini seruitij iugum velint excutere, q; in baptismate sunt professi. Huius igitur approbatione Con-

Iiii

ciliij

*Capto Prelato  
aut Canonicō  
Cathedralis Ec-  
clesiae cessetur  
à Diuinis.*

*Pluralitas be-  
neficiorum in-  
hibetur.*

*Decimæ debt.  
tur Clericū nō  
laicū.*

cilij districte præcipimus, vt iuxta laudabilem consuetudinem patriæ decimæ tam antiquæ, quam etiam de noualibus maiores & minutæ plenariè persoluantur: nec licet aliqui laico nobili vel ignobili cuiuscunq; dignitatis vel principatus existat, sibi decimas maximè de minutis & noualibus usurpare: alioquin si contra fecerit, ab ingressu Ecclesiæ usq; ad satisfactionem condignam se nouerit esse suspensum. Item dolentes referimus, quod quidam salutis suæ immemores, & prodigi famæ suæ, tam Clerici, quam laici, per Salisburg prouinciam constituti, usurpas & contractus usurarios exercere præsumunt, ad quorum cupiditatē refrænandam sumimus, vt ipsi supra hoc in sacro Concilio præmoniti, à talibus abstineant, alioquin nos ipsis excommunicamus in scriptis, &c. in anno videlicet in cœna Dñi, Assumpt. Beata Virg. & in Nativitate Dñi, præcipim⁹ per Plebanos & Maiores suos in locis suis excōmunicatos publicè denūciari. Clerici verò beneficiati, qui per tempus trium mensium sententiam excōmunicationis sustinere præsumperint animo indurato, per suos diecesanos suis beneficijs spoliātur, & personis idoneis per illos, ad quos diectorum beneficiorū spectat collatio, cōferantur, saluis aliis pœnis cōtra usurarios editis, secundum canonicas Sanctiones. Item ordinamus atque statuimus, vt Clerici & Ecclesiasticæ personæ, tam sacerdotes & regulares Prælatorum suorum correctiones legitimas cum debita humilitate suscipiant, & si qui ex eis hac occasione cōtra suos correctores auxiliū brachij sacerdotalis inuocauerint, vel potentū preces armatas impetraverint, vel impetratis vi præsumperint, à suis beneficijs deponātur. Ipsiis quoq; Prælati districtius inhibemus, ne prius minoris ætatis videlicet vñ annorum dignitates, personatus, seu beneficia curam animarum habentia conferre præsumant, vel ad ipsa recipere presentatos, nisi cum eis super hoc à Sede Apostolica vel legatis eiusdem extiterit dispensatum.

Item ad aures nostras per clamorosam insinuationē nul-

HENR. CAR.  
S. J.  
COM. A.  
S. L.  
Z. 4

*Vñserarg̃sue  
Clerici sive lai  
ci excōmuni-  
centur.*

torum deuenit, q; patroni Ecclesiarū tām Clerici quām laicj aduocati & iudicēs, & præcones bona decedentiū Clericorū occupant & usurpat, volētes sibi ab intestato succede-  
te, p̄ suꝝ volūtatis arbitrio, nō iudicio rationis. Quare puidē  
duximus statuendū, vt patroni Ecclesiarū, & alij iupradīcti à  
talibꝝ de cetero abstineat, & nisi abstinere voluerint, quoꝝ p̄  
scabala restituant, ex cōmunicationis vinculo innoden-  
tur.

Iē districtius inhibemus, ne aliquis Clericus Ecclesiā pa-  
tochialē à laico patrono recipere beneficium audeat, nisi ab  
Episcopo vel Archidiacono fuerit institutus, alioquin ab of-  
ficio & beneficio se nouerint esse suspensos: & laicus, qui au-  
thoritate propria instituere præsūperit, ipso facto à iure ca-  
dat patronatus. Adijcentes q; nullus patron⁹ Clericus vel  
laicus dotē Ecclesiæ, in qua ius obtinet patronatus, alienare  
præsumat: q; si cōtra fecerit, ipso facto cadat à iure patrona-  
tus, & res alienata ad ius & p̄prietatē Ecclesiæ reuertatur.

Item ordinamus & statuimus, vt Prælati & curam ani-  
matum habentes in suis Ecclesijs corporaliter resideant, &  
ad hoc à suis Episcopis per subtractionem fructuum com-  
pellantur, nisi causa legitima se potuerint excusare.

Item cum clamosa insinuatio nostrum p̄cuserit audiū  
& animū q; Abbates monachi Ord. S. Benedicti in q; pluri-  
bus locis, ab obseruatione S. regulæ temerè recedentes vitā  
nimis dissolutā ducere non verentur in suarū animarum pe-  
niciulum & scandalū plurimorū. Volentes igitur, vt cōtra hu-  
ius corruptelam salubre remediū apponatur, vniuersis Epis-  
saltzburg, prouincia ac Ep̄o Pragensi districte præcipimus,  
vt quilibet ipſorum intra dimidium annū, assumptis secum  
duobus Abbatib. Cistertien. Ord. oīa claustra nigrorū mo-  
nachorum suā diœcesis videlicet, corrigat, & reformat tām  
in capite quām in membris; illis tamen exceptis, qui Rom.  
Ecclesiæ nullo medio subesse noscuntur, quos p̄ nos vel  
per alios à nobis specialiter deputandos intēdimus visitare.

Prohibemus etiam Abbatibus, ne calices vel patens  
seu sacras vestes benedicere vel consecrare, aut alia Episco-  
palia officia exercere præsumant, nisi super hoc à Sede  
postolica priuilegium habuerint speciale.

Item cum in tantum insolentia Iudeorum excreuerint  
vt per eos in quam pluribus Christianis iam dicatur iniurias  
puritas Catholicæ sanctitatis, non tam noua eudētes quam  
Sum. Pont. statuta vetera renouantes districte, præcipimus,  
vt Iudei, qui discerni debent in habitu Christianis, cornuti  
pileum, quem \* quidam in istis partibus cōsueuerunt defe-  
re, & sua \* tenuitate deponere præsumperunt, \* resumātū,  
vt à Christianis euidenter discerni valeant, sicut olim in ge-  
nerali concilio extitit diffinitū. Quicunq; autē Iudeus sine  
tali signo deprehēsus fuerit incedere, à Dño terræ penale  
cuniaria puniatur. Adjacentes vt Iudei Sacerdoti parochiali,  
infra cuius parochiæ terminos manserint, pro eo q; loca in  
quib; Christiani habitare deberent, occupant, iuxta quanti-  
tatem damni, quod ei ex hoc inferunt, ad arbitriū dicēsanū  
loci, omnis prouentus, qui Christiani si ibidem manerent,  
Sacerdos perciperet, refundere compellantur. Decimas et  
iam prædiales cum omni integritate persolvant. Prohibi-  
mus insuper ne stubas & balnea seu tabernas Christiano-  
rum frequentent, seu intrare præsumant, nec seruos vel an-  
cillas, aut nutrices, seu quæq; Christiana mancipia die, no-  
ctuue in domibus suis retinere præsumant, nec ad recipien-  
dum telonium seu ad alia publica officia aliquatenus alli-  
mantur. Si quis verò Iudeus cum aliqua Christiana fornicati-  
onis vitium deprehensus fuerit commississe, quoadūq; X.  
marcas argenti ad minus pro emendatione soluerit, districto  
carceri mancipetur, & mulier Christiana, quæ tam damno-  
tum coitum elegerit, per ciuitatem fustigata, de ipsa ciuitate  
sue spe redeundi penitus expellatur. Item oīnibus Ch-

\* Fort. quidē.  
\* Fort. temeri-  
tate.  
\* forte reju-  
mant.

HEN. CA  
S. J. J.  
COM. d  
S. P.  
Z. +

ianis istius prouinciae & ciuitatis & dioecesis Pragen. sub pena excommunicationis distictius inhibemus, ne Iudæos vel Iudæas secum ad coniuandum recipient, vel cum eis bibere vel manducare audeant, aut etiam cum ipsis in suis nuptijs vel neomenijs, vel ludis saltare vel tripudiare præsumant, nec Christiani carnes venales, seu alia cibaria à Iudæis emant, ne forte Iudæi per hoc Christianos, quos hostes reputant, fraudulentia machinatione venenent. Adijcentes vni de cætero quocunq; prætextu Iudæi à Christianis graves seu immoderatas vñuras extorserint, Christianorum eis participationem subtrahatur, donec de immoderato gravamine satisfecerint competenter. Vnde Christiani, si opus fuerit, per censuram Ecclesiasticam compellâtur, ab eorum commertiis abstinere. Principibus autem iniungimus, vt propter hoc non sint Christianis infesti, sed potius à tanto grauamine Iudæos studeant cohibere. Si vero Sacramentum altaris ante domos eorum deferri contigerit, ipsi Iudei audito sonitu prævio, intra domos suas se recipient, & fencitas a hostia sua claudant, hoc etiam in quolibet die Parœcues per Prelatos Ecclesie facere compellâtur. Ne præsumant de fide Catholica cum simplicibus disputare, nec filios & vxores Iudeorum ad fidem Christianam venientium invititos audeant detinere. Nec Christianos ad Iudaismum allificant, aut aliquo ausu temerario circumcidant. nec Christianos infirmos visitent, vel circa ipsos exerceant opera medicinæ. Synagogam nouam non erigant, & si quas erexit, eas remoueant aut deponant. Vetustam, si opus fuerit, reficiant, nō ampliorem, preciosiorem, seu etiam altiorem. Carnes in Quadragesima quādo Christiani à carnibus abstinent & ieiunant, apertè vel publicè non deportent. Præcipimus autem Episcopis, vt ad hæc omnia obseruanda in singulis articulis Iudæos per abstractionem communionis Chri-

\* Fort. partis  
cipatio omnis.

stianorum compellant. Ipsos quoq; Principes ac iudices runderem distictius admonemus, ne Iudeis Statuta nostruare nolentibus alicuius protectionis seu defensionis fuorem impendant, sed si aliqua eis à Prælatis Ecclesiastici iniungantur, ea fideliter exequantur, alioquin introitum Ecclesiæ & communionem diuinorum Officiorum sibi nouerint interdictum. Volumus etiam & sub poena excommunicationis præcipimus, vt Dominus electus Saltzb. que Suffraganei nec non & Episcopus Pragensis has confitutions nostras sigillo nostro sigillatas habeant, easq; singulis annis in synodis Episcopalibus & in prouinciali Conilio faciant recitari, & diligentius obseruari, & ea qua tangunt laicos, faciant per parochiales Ecclesias suarum di- cescium publicare. Acta Viennæ Anno Domini 1267.

Mense Maio Pontificatus Domini Clemens  
tis Papæ. IV. Anno tertio.

oſ ſc



ANNO

# ANNO DOMINI

M. CCCX. CONVOCATO PRO-  
VINCIALI CONCILIO SALTZB. ET PRO-

posta ibidem petitione Domini Clementis  
Papæ Quinti.

**N**on concuerunt omnes in hoc, quod summa decimæ duorum annorum, si qua fuerit, vel esse potuerit persoluenda, solvi debeat Summo Pontifici in terminis infra scriptis: Ita duntaxat, quod primus terminus solutionis faciendæ de primo anno, qui incipiet in isto proximo festo sancti Georgij, sit in proximo futuro festo B. Martini. Et secundus terminus solutionis faciendæ eiusdem anni, sit in proximo subsequenti festo S. Georgij. Et primus terminus secundi anni, sit in alio subsequenti festo S. Martini: secundus vero terminus & ultimus sit post hoc in subsequenti festo S. Georgij. Et quod decimæ datum de omnibus possessionibus, bonis, & redditibus, & beneficijs Ecclesiasticis. Hæc de eis, quæ beneficiorum intuitu possident, expensis necessarijs deductis. Necessarias vero expensas esse dixerunt, quas stando, colendo, colligendo & conservando impendant, sine quib⁹ res subsistere non potest. Et quod Ecclesia, quarū redditus pro maiori vel pro media parte in obligationibus legatis & testatis cōsistunt, de ijsdem oblationibus legaciæ seu test: decimam soluere teneantur. In capitulo, collegia, seu conuentus in cōmuni de suis redditib⁹ decimabunt. Itē si quis ex uno beneficio 6. marcarum argenti pōderis \* prię reddit⁹ dūtaxat, eos nō decimabunt: \* leg. præse-  
Vlra tie

Vltra verò si habuerit decimas, inde soluet. Aut si plurabe neficia habuit, quæ coniuncta prædictarum marcarum excedant numerum, de ambabus in simul decimabunt. Hospitalis verò & domus leprosorum cum annexis sibi Ecclesiæ super quibus fundata sunt, decimas non præstabunt. Dei firmarijs, vestiarijs, sacristijs & hospitalibus religiosorum non decimabitur, nisi si ultra prouisiones necessarias de illis officijs exhibendas esset excessus reddituum illorū officiorum; tunc de illo residuo fiet decimatio communi decima apponenda. Pastores verò & Vicarij in simul vel quilibet pro parte sua decimabunt, ita tamen, quod plenè de omnibus redditibus Ecclesiæ decima persoluatur. Ordinarij per dienas prouidas deputabunt, qui eandem decimam colligent & seruabunt. Et si nuncius dñi Apostolici eisdem vnum ac plures voluerit adiungere, suæ relinquatur optioni. Præterea sub iuramento soluentium decima persoluatur. Item Ordinarij subiectos ad solutionem decime istius per censorum Ecclesiasticam poterunt coarctare. Item decima fiat de bonis Ecclesiarum, hac taxatione præmissa, ut tempus estimationis soluendæ decimæ bladi & vini sit inter festum sancti Michaëlis, & sancti Martini. De caseis autem soluatur decima sicut Prælati consueuerunt denaria suis rusticis loco caseorum recipere, in festo sancti Georgij secundum ius & terræ consuetudinem.



DECLA

DE CLARATIO-  
NES STATV TORVM IN CON-  
CILIO PROVINCIALI DOMINI CHVN-  
radi Archiepiscopi Salisburgensis, An-  
no 1310.

**N**os Contradus DEI gratia S. Saltzburgensis Ecclæ Archiepiscopus A. S. Legatus, VVernhardus Patauiensis, Ioannes Brixinensis, Heinricus Gurt, Albertus Chyem, Fridericus Secundus VVernhardus Lauent. Ecclesiæ Episcopi in hoc sacro sancto prouinciali Concilio Saltzb. congregato, de consilio & consensu procuratorum venerabilium Frising. & Ratisp. Episcoporum, plenum ad hoc mandatum habentium, ac assensu Prælatorum Saltzb. prouinciæ in hoc Concilio aggregatorum, nec non procuratorum assensu, huius facri approbatione Concilij, quædam statuta pœnalia prouincialium Conciliorum ex certis & legitimis causis, ut animarū periculum caueatur, taliter duximus modestanda. Primo Statutū de Clericis tabernarijs, quod incipit: Clericus non viator, cum hoc moderamine declaramus; quod causæ rationabilis & honestæ intelligi debeantistæ. Quod si Clericus non viator in Sacris constitutus, aut Religiosus, tabernam intrauerit ad honorandum quempiam amicum, dominum, aut quamcunq; honorabilē personam, vel si impræmeditatè intret oblitus cōstitutionis, seu ex qua cunq; necessaria vel vtili causa non voluptuosa, ibi q; biberit vel comederit, pœna statuti præhabitî non ligetur. Hæc tam moderatio ad lusores non extendatur.

K k k

Item

Item Statutum de rationibus faciendis, quod incipi: Item ne, taliter mitigamus quod reuocata pena suspensionis ab ingressu Ecclesiæ, Prælatus, qui collegio aut tribus per collegium deputatis saltem semel in anno non fecerit rationem, & à claustris officialibus præsentibus aut viciniis claustris, & à remote distantibus semel in anno non audierit rationes, ab administratione temporalium sit suspensus, quam suspensionem si per tres menses post annum rationibus deputatum sustinuerit, animo indurato, ex tunc arbitrio Ordinarij puniatur.

Item iuxta constitutionem Domini Bonifacij, que est talis. Clerici, qui clericali ordini non modicum detrahentes, se ioculatores seu galiardos faciunt, aut buffones, si per annum artem illam ignominiosam exercuerint ipso iure, si autem tempore breviori & tertio admoniti non resipuerint, careant omni priuilegio clericali. Monemus huius approbatione Concilij omnes & singulos tales, ut talem habitum & vitam non assumant & assumptam deponant infra tres menses, quorum unum pro primo, alterum pro secundo, & tertium pro tertio termino peremptorio assignamus, si penam prædictam, quam ipso facto incident, voluerint euitare.

Item monemus Abbates Ord. S. Benedicti & Propriatos & Prælatos S. Augustini totius nostræ prouincia, ut provincialia capitula sua, usq; ad festum Purificationis proxime futurum celebrent, iuxta formam à sacris Canonibus eius datam & deinde de triennio in triennium iuxta formam facrorum Canonum iam prædictam.

*fort. felicium re-  
cordationum Bo-  
nifacij Pape  
etiam prede-  
cessorum.*

Clemens, &c. Pastoralis cura sollicitudinis nobis diuinis super cunctas Christiani populi nationes iniuncta, nos vigilare, remedij subiectoru eorundem periculis obuiare ac scandala remouere compellit, sanè q; ex cōstitutione fe. re. hoi. Pap.

ps. nostri, q̄ incipit: Clericos laicos. Et ex declaratione seu declarationibus ex illa postmodū subsecutis nonnulla scandala, pericula magna, & incommoda grauias sunt secuta, & ampliora sequi, nisi cleri remedio succurratur, præsumitur verisimilis in futurum, nos de consilio fratrum nostrorum, constitutionem & declarationem seu declarationes prædictas, & quicquid ex eis secutum est, vel ob eas penitus reuocamus, & eas habere volumus pro infectis, volentes & firmiter statuentes illud contra quoscunq; laicos exigentes seu extorquentes ab Ecclesijs Ecclesiasticisque personis talias seu collectas, aut exactiones quascunq; & contra dantes ad idfaciendum auxilium, consilium vel fauorem, nec non circaprästandas subuentiones laicis ab Ecclesiarum Prælatis, & alijs viris Ecclesiasticis inuiolabiliter obseruari, quod super his à prædecessoribus nostris in Lateran. & generali Concilio, quæ nos, sub obtestatione diuini iudicij præcipimus obseruari, districtè salubriter est prouisum. Data

\*Lud. Cal. Febr. Pontificatus nostri An.  
no secundo.

\*Lugduni



Kkkk 2 HEN-